

994.

31

Cedergren.
1823 T.S.

Quaestiones nonnullae de vita
moribusque Theramenis.

Belli Peloponnesiaci annos vi-
ginti septem in historia Graeca ⁱⁿ ~~in~~
mis memoratu dignos esse ^{existimandos} ~~estimandos~~,
neminem sane praeteritorum temporum
quarum praeteribil. Nam hoc bello
formidolosissimo ^{maximae} tantae principis Grae-
ciae civitatis opes, ad quas ^m velut ad
impero plurimae Graecorum urbes
velut ad imperantis cuiusdam sedem,
unde leges sibi praescriptas acciperent,
spectabant, ita omnino prostratae
atque ad nihilum fere adductae sunt,
ut ^{infirmissimo} ~~invalidissimo~~ animo imperium
Athenienses, hostium arbitrio sibi
impositum, ferre cogerentur. Ad talem
exilium quam superba quorundam civi-
um consilia moresque depravati, tum
Nemesis illa, quam effugere vix cui-
quam licet, civitatem Atheniensium

pertraxerunt. Non enim Athenis defu-
erunt tunc temporis viri, qui animi
magnitudine ac splendore excellerent,
qui tamen, quamvis magno cona-
tu studioque ad patriam incolamem
servandam conlenderent, nihil ^{efficere} ela-
borare viderentur, quandoquidem ex-
piandi tempus reipublicae jam immi-
nebat. Quorum in numero non ulti-
mum tenet locum vir quidam — The-
ramenem dico — de quo varie quidem,
tam quam ab ipsis veteribus, tam a reveren-
tibus iudicatum est, deoque factum,
ut dubiam quandam vel virtutis,
vel pravitatis famam posteritati re-
liquisset. In qua iudicantium dissen-
sione quum sane arduum sit, verum
investigare, paucis tamen his pagel-
lis ausus sum proponere, quid mihi
probabilius esse videretur.

Theramenes autem duplici modo
excelluit. Primum enim erat orator
insignis, cuius tamen scripta jam Cice-
ronis aetate deperdita erant; tum rerum
civilium peritissimus, qui maximam ha-

bebat vim in res Atheniensium belli Pel-
ponnesiaci usque temporibus, quae deinceps
sequebantur, administrandas. Sed nonnulla
veterum testimonia tradunt, eum admo-
dum dubii fuisse ingenii nec patriae re-
vera amantem, sed suo potius commo-
do studuisse, nimisque fuisse temporibus,
neque immerito cognomen Cothurni gessisse.
Quid? quod ne ii quidem defuerant, qui
crudelitatis, perfidiae proditorisque
eum accusarent. Quare operae proelium
est, has a Theramene obijugationes re-
movere, eumque, quantum licebit, vel
defendere, vel excusare.

Illis enim reipublicae Atheniensis tem-
poribus, ubi tantae in civitate turbae
existerant, omniaque ^{adeo} tam fluctuabant, ut
nihil haberent certi nihilque stabile,
res omnino difficillima erat (si quis
republicam capessere cuperet, neque
Socraticis exemplum sequi mallet, qui
ab omnibus negotiis publicis recesserat),
ita se gerere, ut nullius nulliusque
inconstantiae mutalique animi oppro-
brii locus relictus esse videretur.

Theramenum vero, quolibet reipublicae
partes mutaret, suae semper salutis pro-
spexisse, minima autem patriae, quae
cuique civi carissima esse debet, commo-
do studuisse, certis argumentis non potest
probari. Nam quomodo tandem dubitare
licet, cum saepius, quam maximo res-
publica in periculo versaretur, illi auxilio
venisse atque res ad hunc finem perdu-
xisse, ut, quantum fieri posset, ^{tantisper} patria
in eo salutis caperet. Hoc et in insti-
tuendo et in ^{tollendo} auferendo quadringentorum vi-
rorum imperio, hoc in pace cum Lace-
daemoniis prudenter conficienda monstra-
vit. Constat enim, Athenienses a Spar-
tensis multas accepisse clades post proxi-
mum Alcibiadis exilium. Cujus viri
callidissimo ingenio quam Theramenes
intelligeret bellum max aliter conversum
iri, de Alcibiade restituendo serio ca-
gitasse videtur; unus certe ex iis erat,
qui, maxime hujus rei studiosi, in Sarnum
insulam mitterentur. Sed priusquam
restitutio illa fieri posset, mutata quae-
dam Atheniensium civitatis regendae
ratio perspicienda erat, manifestum quam

Sarno ad Alcibiadem, qui tunc
apud Tissaphernem, Darii in
Asia praefectum, degebat,

34
hanc nominationem Alcibiades conditionem
proposuisset Persarum auxiliū adipiscendi.
Multi autem erant cives Athenienses, qui
inconstanti superbaeque plebis domina-
tioni moderatum paucorum imperium
praeferebant, quo facilius atrocissimi belli
finis adduceretur. ^{At hi quidem} Atque amore erga patri-
am commoti hanc ^{rerum} conversionem compa-
rarunt. Quum igitur respublica in oli-
garchiam, Pisandro, Antiphonte et The-
ramene ^{duce} commutata esset, pro-
spicere jam rerum successus sperari
potuit. Sed quem a quadringentorum
collegio, ad quos imperium venerat,
prius Alcibiadis revocandi consi-
lium plane negligere, ipsique indi-
ces insolentius se gerere coepissent, aliis
civibus eorum jussu interfectis, aliis
in carcerem coniectis, aliis exilio mul-
tatis, haec omnia Therameni, quam-
quam unus ex imperantibus erat, vehemen-
ter displicuerunt, ideoque e colle-
garum amico adversarius factus ab
eorum ^{partibus} parte cum pluribus aliis,
qui oligarchorum facta aegre ferebant,
desistere coepit. Hoc enim Thucydi.

dis verba indicare videntur, qui affirmat,
 post legatorum
 legatis, qui iterum Samum ^{missi}
 erant, ^{reditum} reversis, ex oligarchorum numero
 plures, quibus jam antea rerum status
 displicuisset, Theramene, Aristocrate aliis-
 que duobus jam artius sese conjunxisse
 ac liberius contra oligarchiam locu-
 tos esse. Atque etiam idem Thucydides
 hos cives suae tantum utilitatis
 cupidos fuisse testatur, hoc tamen ad
 Theramenem pertinere necessarium
 non est, quum a Thucydide plurimi
 quidem (οἱ πολλοί), ^{sed non} neque omnes omni-
 no, gloriae suaeque ipsorum commodo fla-
 duisse arguantur. Nihil igitur obstat,
 quominus existimemus, Theramenem
 jam tum quadringentorum conatibus re-
 pugnavisse, quum nondum ab Alcibiade
 de his periculum immineret, nec tum
 demum, quum post legatorum reditum,
 in Samum insulam missorum, de salute
 sua quodammodo desperarent. Minime
 igitur demonstrari poterit, Theramenem
 primum omnia, quae collegae susci-
 perent, consilio facloque adjuvasse,
 eumque aequo animo vidisse suorum
 civium supplicia, vincula, exilia.

Quod autem non statim quadringentorum
 potestatem coercere planeque delere
 conatus sit, quum talia eorum facinora
 videret, nemini id mirum videbitur, qui
 perpendit, illam ^areipublicae commutationem
 non ab uno viro neque a pluribus uno
 impetu perfici potuisse, sed majorem
 firmioremque factionem necessariam
 fuisse, quae ^{coniunctis} adunatis viribus illud in-
 ceptum persequeretur. Quod accidit, quum
 legali, e Samo ^{reduces} reversi, de Alcibiadis con-
 silio nuntium relulissent. Quadringentorum
 igitur imperium, maxime Theramenis
 auctoritate abrogatum statusque reipubli-
 cae in pristinam ^{per} formam redactus est,
 Alcibiades autem, imprimis suffragante
 Theramene, in patriam revocatus sum-
 moque gaudio receptus. Quantum vero
 utilitatis hoc consilio patriae praesca-
 ret Theramenes, satis Atheniensium
 victoriae, quae tum sequebantur, in-
 dicarunt.

Athamen quum post Alcibiadem
 iterum ejectum male denuo res Ath-
 eniensium geri coepisset, pluresque

clades una demum victoria ad Argi-
nufas, prope Lesbium insulam sitas,
partita interrupisset, famosa illa du-
cam condemnatio secuta est, qui mor-
tuorum tollendorum curae, post pu-
quam commissam, neglectae accu-
fabantur. Sed accuratius re perpensa
ducebit fortasse, Therameni certe multo
minorem hujus rei culpam, quam vul-
go putatur, attribuendam esse. Xenophon
enim, testis primarius hac in re,
scriptorque verissimus, nusquam refert,
a Theramene malis artibus atque
"calumniis impudentissimis" omnia Athe-
nis subornata fuisse ad duces Argina-
sanos perdendos, qui alios nimirum
inimicos habebant, Archedamam et
Gimocratum, quibus accusantibus prae-
tores in urbem ^{reduces} reversi ad vincula con-
demnabantur. Consentaneum vero est
eos contra id iudicium se defendisse,
atque culpam in Thrasybulum et
Theramenum, quibus curam naufraga-

36
gorum mandaverant, removisse. Quid
mirum, ^{igitur} si Theramenes deinde contra dice-
rit, rationem ab ipsis esse exigendam, quare
naufragos non sustulissent. Quamquam
enim Diadorus Siculus (XIII, 101.) hoc an-
tequam praetores ^{revertissent} reversi essent, evenisse
narrat, Xenophonti tamen major
fides debetur. Tum etiam Therame-
nis ipsius brevis rei narratio in
defensione contra Critiam his bene
convenit, ac falso arguitur, quasi rem longe
aliter, quam evenerat, exposuerit. Si enim
duces, crudeliter quidem capitis damna-
ti, statim post pugnam finitam ad mortuos
colligendos naufragosque juvandos se conver-
tissent, nec tempus in consultationibus de
hoste persequendo, ⁱⁿ navibus numerandis tali-
busque rebus consumpsissent, omnia ^{fortasse} forsitan
prosperè successissent, nec religio fuisset vio-
lata. Sed postea Theramenes et Thrasy-
bulus tempestate maxima, quae vel
tum demum coarcebat, vel certe
multo validior, quam antea, facta erat,

^{*)} Xen. Hell. I, 6, 25.

(quamquam posteros sensus verbis Xenophontis "μειγὰς προέμενος" accommodatior sit) ab incepto repulsi sunt. His addendum est, Theramenem recte fecisse, qui labentibus jam civitatis moribus, ut institutum quoddam, religione sacratum servaret, a ducebus violatae religionis rationem posceret. Nec tamen ab humanitate recessit. Nihil enim de vinculis vel adeo de morte illorum protulit; postquam vero sese defenderant, accusationem dereliquisse videtur. Nam quod Xenophon de artibus illis narrat, quibus in Apaturius populus contra duces irritabatur, a Theramene ipso excogitatum, atque profectum esse certis indiciis colligere nequimus. Loquitur enim Xenophon de Theramenis amicis vel de iis potius, qui ejus sententiam de accusatorum ratione reddenda secuti erant, eosque odio ducti, jam nullo modo a supplicio liberari volebant. Nam verba illa οἱ ἀγῖτων ὄργαζοντο pro Theramene ipso vix a Xenophonte

^{**)} Xen. Hell. I, 7, 5

posita sunt. Quae quidem loquendi ratio etsi ab Atticis scriptoribus non plane aliena nec solum tam recentium est quam Plutarcho; plerumque tamen — quantum rem mihi explorare licuit — quum articulus ante nomen proprium additur, de amicis vel sociis alicujus sermo est. Sed aliud documentum haud leve, quo Theramenis crimen egregie innuitur, illud est, quod, Xenophonte teste, quum haud ita multo post Athenienses facti poeniteret decretumque promulgatum esset, ut eos de calumniis liceret accusari, qui populum decerpissent, acerrimi quidem duces accusatores ad poenas dandas capti sunt, de Theramene vero nihil delatum est, qui gratiam populi civiumque existimationem perpetuo retinebat. Quamquam igitur nulli adhuc mortalium contigit, ut omni vitio careret, Theramenem tamen a crudelitate et perfidia longissime abhoruisse, manifestum videtur.

Atque haec animi moderatio postea
ei causa fuit mortis. Quum enim
Athensae post pugnam navalem
apud Aegos flumen commissam a Ly-
sandro captae, Theramenis vero pruden-
tia in pace concilianda ab interitu
servatae essent, triginta tyrannorum
imperium est constitutum. Sed unus
ex his, Theramenes, fortiter consiliis
collegarum, Critiae praesertim, obstitit,
qui hac de causa mortem ei parare
statuit. Plura igitur scelera, oratione
in senatu habita, ei objecit, quae suppli-
cis summo digna putabantur. Thera-
menes vero, postquam brevius quidem,
sed fortiter se defenderat, a tyrannorum
ministis correptus atque in carcerem
abductus est, ubi aequissimo animo,
haud dissimilis Socratis, praeceptoris
sui, cicutam bibit, quo generoso interitu
summam omnium admirationem jure
sibi merebatur.

38
Haec Theramenis vitae primaria
sunt capita, Thucydide et Xenophonte
duobus narrata. Qui verissimi rerum
Graecarum scriptores, nusquam ~~aliqui~~
inhonesti praevarique ^{quidquam} de Theramene aperte
prolulerunt, quem Cicero, Plutarchus,
Diodorus Siculus quasi uno ore laudant.
Unde igitur orta sunt opprobria illa,
quibus nuperrime etiam ab auctore
libri de Theramene, Critiae et Thra-
sybuli ingenio laceratus? Horum
omnium nullum alium fontem fuisse
puto, quam Lysiam oratorem, qui
acerbissimis Theramenem contumeliis
(orat. cont. Eralosthen. p. 424 seq.) perstin-
git. Sed Lysiae parum fidei tribuen-
dum esse ipse concedit auctor libri
modo nominati, quum ille saepius
in orationibus arte sua dicendi abu-
sus esse tradatur ad auditorum ani-
mos, qua flectere eos velle, movendos.

Dixit videlicet orationem contra Era-
sthenem, qui Theramenis amicus fu-
isse putabatur. Ne igitur populus
ideo melius de accusato sentiret, The-
ramenem ipsum opprobriis obruere
non dubitavit, qui tunc temporis jam
morte extinctus non ^{iam} amplius se de-
fendere poterat. Et Lysia vero postea
scholiastae Aristophanis haufisse vi-
dentur, qui gratam sibi explicationem
locorum quorundam poetae huc re-
perisse se arbitrabantur. Aristophanes
autem locis illis duobus Pannarum
minus vehemens Theramenis censor
apparet, qui si tam iactanti fuisset
ingenii, quam Lysias ei tribuit, mul-
to acriores comici sales gustasset.
Sed e brevi, qua Aristophanes utitur,
reprehensione nihil fere Theramenis
moribus detrimenti paratur, prae-
sertim quum ille comicorum princeps
probissimis quoque viris, si vel minimam
ansam ^{deissent} darent, solitus sit labem adspe-
gere.

39

Omnia haec haud dubie multo
copiosius tractari subtiliusque expli-
cari potuisse fateor; res enim est
digna, quae diligentissime disquirā-
tur, quum in recte intelligendo in-
signis cujuscumque viri versetur ingenio.
Fore tamen, ut venia brevitati huius
constringat, spero, quandoquidem sales
Seminarii nostri exercitationi magis
ad excellendam latine scribendi faculta-
tem pertinent, quam ad obscuras res
illustrandas. Itaque vos quoque, commi-
liones, quum feliciter itis, ignoscite
mibi, atque valete!

N. 7.

